



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Hesychio martyre. Cap[itulum]. lxxvi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis in mense noue. occurrentibus. Fo. cclxxxiij.

tate igne copiosum accendi: et romanum ac puerum eductos de custodia cremandos adduci. Sed eadem hora pluuia copiosa descendit: et igne totaliter extinguit. Quod audiens prefectus: percipit puerum capite truncari: romano uero linguam precidi. Mater uero pueri corpus filii sublatum sepeliuit. Romanus autem lingua precisa nihilominus diserte loquebatur: et de sanguine proprio laudes dei scribens christianos astantes hortabatur. Prefectus uero cum hoc audisset: carnificem: qui linguam eius absciderat: teneri fecit: eumque occidi mandauit: eo quod linguam eius modico precidisset: qui ut prefecto satifaceret: porci uero linguam excidit: et mortuus dolore defecit. Sicque prefectus carnificem inculpabilem dimisit. Romanum autem fecit in carcerem trudi: eo quod populum timeret: quod de nobili progenie esset. Noctu autem mandauit eum asclepiades in carcere prefocari. Cuius corpus a christianis in ipsa urbe honorifice sepultum est. Passus est autem. xiiij. kal. decembris.

De sancto Elychii martyre. Cap. lxxvi.



**E**lychius martyr apud antiochias passus est sub mariano imperatore. Qui cum esset miles et percipit marianum audisset: ut si quis non sacrificaret idolis: cingulum militie deponeret: repetere ac sponte cingulum soluit. Quod hanc causam ab imperatore detulit: dum

ipsum confiteretur: muliebri colobio indutus: ligato in collo eius sarco ingenti in flumine oronte precipitari iussus martyrio coronatus. xiiij. kal. decembris: ut ait ado.

De sancto Gelasio papa. Cap. lxxvii.



**G**elasius papa huius nominis primus natione apher ex preualerio: felici. iij. romanorum pontifici in epatu successit: et sedit annos. lviij. menses. viij. dies. xxviij. Die manichaeos in urbe roma inuenit: et exilio deportari iussit: quos codices cremari fecit. fuitque amator cleri et pauperum: liberauitque a periculo et fame ciuitatem romanam. Die declarauit: qui libere debeant in ecclesia recipi: et qui contenti.

Qui et gelasianum librum composuit: fecitque tractus: orationes: et hymnos sicut ambrosius: prefatione misse composuit. Vere dignus et iustus est quotidianus. Alias etiam. in prefationes speciales certis diebus cantari decreuit. scilicet de natiuitate: de epiphania: de quadragesima: de cruce: de resurrectione: de ascensione: de pentecoste: de trinitate: de apostolis. Constituit

etiam quibus temporibus ordinationes clericorum fieri debeant. Sub huius etiam tpe oraculum beati michaelis archangeli inuenit est in monte gargano. Corpus etiam beati barnabe apostoli: et euangelium matthei eius manibus scriptum ipso reuelate reperit. Hic aduersus eusebium et nestorum grande et elegans conscripsit volumine tractatus diuersarum scripturarum et sermonum limato sermone exposuit. Contra petrum et acacium hereticos epistolas scripsit. Tomum de anatheatis in uinculo addidit. Contra montorium fausto apud constantinopolim legationis officio fungenti direxit. Epistolas ad anastasium principem et episcopum orientis et per dardaniam constitutos ratione reddentes iuste dantionis acacii destinauit. Itaque ad eisdem orientis episcopos de uitanda acacii comunione. Ad eusebium constantinopolim episcopum. Ad seon iuum apulum episcopum: et ad natalis abbatem epistolas scripsit. Et anastasium imperatoris primi temporibus in pace quieuit. xiiij. kal. decembris. Sepultus in ecclesia sancti petri apostoli.

De sancto Iheridiano episcopo. Cap. lxxviii.



**I**heridiano episcopus lucanus apud ipsam ciuitatem claruit: qui multa

sanctitate pollens pauperibus largitus ministrabat et miraculorum signis florebat. Quisq[ue] auferit[ur] flumini

qui iuxta urbis ipsius muros influebat: sepe inundatione facta cursus sui alueum egressus per agrosque diffusus fata de uastaret: et uincas eradicaret: ac domos plurimas et edificia enerteret: et ciues ex hoc frequenter danum et inopiam sustinerent: datoque studio operis cursum fluminis per alia loca deriuare uellent: nunquam a proprio alueo uilla ratione deflecti potuit. Igitur ciues omnino auxilio desperati: sancti uiri preces postulauerunt: qui oratione permisit: et signo crucis edito: rastrum paruum accepit: et ad alueum fluminis accessit: fluminisq[ue] ut se sequeretur precepit: deductoque per terram rastro per loca sibi uisa duobus fere miliaribus uiam signauit. Quod quoque aqua fluminis se comescens: sinu proprio relicto: cursuque naturali deserto per locum ubi sanctus signauerat eum secuta: nouum sibi alueum uendicauit: et fata queque uel plattata aut edificia ledere cessauit: et ab inde usque in presens per locum ipsius fluere non destitit: nec desistit. Hic sanctus uir multis pollens uirtutibus et doctrinis: populoque suo exemplaris migravit ad dominum decimo quarto kal. decembris. Sepultus extra muros ciuitatis lucane in ecclesia sancti uincen-